

Franckesche Stiftungen zu Halle

Considerationes Modestae & pacificae Controversiarum De Justificatione, Purgatorio, Invocatione Sanctorum, Christi mediatore, & Euchariastia

Forbes, William

Helmstadii, A. MDCCIV.

VD18 11391456

Caput Primum. De communi fidei distinctione in quatuor species.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219598



Consideratio

aequa & placida
controversiae de Justificatione,
prout quinqve libris

^a

Cardinale Bellarmino

in tomo IV. Controversiarum
explicata est.

Liber ejus primus de Justificatione, agit
de fide justificante.

CAPUT PRIMUM.

*De communi fidei distinctione in
quatuor species.*

Perique Protestantes quatuor nu-
merant fidei species, fidei, inquam,
qua creditur, non quæ creditur.
Eæ sunt, Historica, Miraculorum,
Temporaria, & Justificans.

Fidem, quam illi appellant *historicam*, quia
rem quamlibet, prout in historia sacra describi-

A

tur,

tur, veram esse credit, idque non nisi propter auctoritatem Dei revelantis, Romanenses, Patres secuti, * *dogmaticam sive catholicam*, appellare malunt. Vbi de rebus convenit, frustra de vocabulis litigatur. Sequamur tamen potius Patres, quam quosdam recentiores in ipso etiam appellandi modo.

(Pag 2. edit. prior.)

Quod Protestantes communiter affirmant, daemones eandem fidem historicam aut catholicam cum christianis habere, id faciunt propter illa S. Jacobi cap. 2. 19. *Etiam daemones credunt, &c.* Contendunt quidem Romanenses, multum differre fidem hominum, etiam infirmam, & fidem daemonum; quia scilicet daemones credunt non fide divinitus infusa, sed ex subtilitate naturae, nec voluntarie, sed coacte; sed frustra hoc faciunt: agnoscunt enim Protestantes, inter fidem qualemcumque christianorum & fidem daemonum, multum interesse, ex parte subjecti & fidei utriusque naturae & rationis; ex parte objecti tantum convenire affirmant.

Fidem miraculorum a fide catholica differre, contra Bellarminum de Justif. l. 1. c. 5. & 15. aliosque cum illo sentientes, probant Protestantes ex 1. Cor. c. 12. 9. ubi inter *donum spiritus*, quae non omnibus fidelibus donantur, numerat apostolus *fidem*: fides enim, de qua ibi apostolus, tantum est gratia gratis data, h. e. ad aliorum utilitatem proprie concessa; quemadmodum & alia chari-

smata

* *Dogmaticam sive cathol.* J. Bellarm. l. 1. de Justif. c. 4. p. 299. Walenburchii statres T. 2. 46.

smata
cathol
& p
Con
stor
Oec
sive
2. S
inte
Suff
ses,
1. *
in C
sent
con
crec
tom
num
ria n
Efi
non
opp
ipsa
non
tem
cula
ut P
fide

A 2

omnibus

² Roffensis] Id est, Joh. Fischerus, episcopus roffensis.